FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Brief von Heinrich Wilhelm Ludolf an Georg Melchior v. Ludolf.

### Ludolf, Heinrich Wilhelm

### Rotterdam, 08.09.1695

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-242335

Visual Library

qu'il me sera possible de tout reproche et de sacrifier sincerement le peu de forces qui me sont tombé en partage a l'honneur de celui qui me les a données, m'en remettant à la sagesse infinie du Tout puissant, de quelle maniere il voudra de tems en tems de moi disposer. Je suis avec tendresse

Monsieur mon Frere
votre tres fidelle Frere
et Serviteur
H. G. Ludolff.

Narva le 28me Decbr.
1692.

Carissimo Fratri suo G. M. H. W. Lud. S. d. Pl.

Ex quo Ratisbona ad te praeterito anno scripsi atque de contracto matrimonio tibi gratulatus sum, nullas a te accepi litteras. Sospitem tamen te adhuc spero. Transacta praeterita hyeme Amstelodami ineunte vere Angliam repetere constitueram, Consiliarii vero intimi Dni de Plessen rogatu, Hagae comitis tota aestate detentus sum, quo ipsum in Angliam comitarer, jam vero ipse propter negocia Aerarii Regis Daniae, cui ipse praeest, consilium mutare coactus est, quare me huc contuli, quo prima occasione mare traiiciam. Gravi affectu perpetuo fere cruciatus fui, quem nonnulli Medici calculo in vesica, nonnulli scorbuto et malo hypochondriaco adscribunt. Num mutatio climatis et alimentorum levamen mihi conciliatura sit, tempus docebit. Fiducia erga Deum tamen filiali non destituor, benignissimum numen opem suam ferendae patienter impositae cruci mihi non negaturum, sed hanc afflictionem, ut omnes alias praeteritas, mihi salutarem effecturum. Mittet tibi Dns Patruus Francofurtensis a me libellum ex Anglico idiomate versum, cui titulus: La morale de l'Evangile; a Ministro Anglica

lice Ecclesiæ oculis orbato conscriptum. Eam vero mentis aciem, atque divini luminis influxum in eo deprehendes, ut non nisi animæ voluptate et emolumento tempus tuum ejus attentæ lectioni impensurus sis. Hoc mihi saltem persuasum habeo ejusmodi libellum plus Christianismo conducere, quam innumera ingentia volumina riais academicis repleta; pluribus tamen pientioribus non solum Anglis sed et Gallis ac Batavis perversus Theologiam tractandi modus, fastui humano potius, quam facilitandæ gregis saluti inserviens adeo displicere incipit, ut non spernenda videantur nonnullorum modernorum vaticinia de redintegrando inter puriores mentes unitatis in fide vinculo. Innotui Hagæ comitis alicui Mr. Brousson olim Advocato Tholosano. Is propter persecutionem Gallia excedere coactus aliquantum temporis in Helvetia consumserat, instinctu divino vero impulsus clam in Galliam redierat. Ubi in locis desertis et silvis verbum divinū et sacramenta exhibuit, mireque a Deo diu conservatus tandem descendentibus corporis viribus huc se contulit. Vix potui satis mirari ea, quæ mihi retulit, de donis præternaturalibus, quibus altissimus puellas et juvenes opifices ibi suscitavit ad prædicationem Evangelii, exhortationem oppressorum et supplendam vicem amissorum Ecclesiæ Pastorum. Inter alia mihi narrabat, cum primum in Prophetis perspicere inciperet splendida Dei promissa de glorioso statu Ecclesiæ Dei, atque universali per terram conversione ad veri Dei cultum, se miratum esse, quod tam parca ejus rei mentio in templis fieret, atque dubium se diu hæsisse de vero eorum locorum sensu. Sed cum vidisset omnes Prophetas in fine Prophetiarum conspirare in prædicando florentissimo Ecclesiæ statu, se amplius de ea re non dubitasse, sed humillime divinam benignitatem veneratum esse, quod mentem suam illuminaverit cognitione istius veritatis, quæ cuilibet pio cordi, cui gloria Dei cara est, summo solatio esse deberet; Interim se tum temporis putasse sibi soli hanc rem

peculiari

16.

peculiari gratia revelatam, in hisce vero oris se plurimos invenisse, qui nullatenus secum dubitarent, quin Deus Ecclesiam suam a scoriis purgaturus, atque ex omnibus gentibus et sectis congregaturus sit in simplicitate fidei in Christum eos, qui vita et moribus, non nomine tantum Christianos repraesentarent. Licet severa Dei iudicia inauditaque calamitates felicitatem istius temporis praecessura sint. Ubi quidem magnus vindictae atque irae divinae dies si non incepisse saltem variis signis et ominibus annunciatus esse videtur. Haec fuse scripsi, ut intelligas, praeclaris et probis viris inter exteras gentes, non adeo improbari Speneri sententiam de instanti benigniore fato Ecclesiae, ut Germanis Antipietistis. Vale Roterod: d. 8. Septbr: 1695.

Carissimo Fratri suo G. A. L. H. W. Lud. S. Pl. d.

Vix credideris quantos cruciatus pertulerim, postquam gratissimas tuas d. 12ᵗᵉ Septbr. datas acceperi. Humillima tamen veneratione paternam osculor manum, quae amore plenis ejusmodi correctionibus ducere solet vitam hanc transitoriam magis magisque spernere, mentemque nostram prorsus devovere perenni illi beatitudini, quae sine mortificatione corporis atq. extirpatione carnalis ac mundanae concupiscentiae obtineri non potest. Inter alia hoc quoque beneficium mihi exortum est ex gravi morbo, cum quo corpus meum toto fere praeterito anno conflictatum est, quod liberatus sim a variis sollicitationibus quae retrahere me conabantur in occupationes non minus contrarias genio meo, quam scopo isti, quem quilibet proponere sibi debet, qui dignitatem cui homo ab omnipotente creatore destinatus est nec ignorat, nec vilipendit. Quamquam proh dolor paucissimi debito modo quaerant istam felicitatē quam fidelis anima a terrena spurcitie purgata adipiscitur

ex illa cum.

Franckesche Stiftungen zu Halle